Epistulae ad Eucherium (Latin)

Hilary of Arles (c. AD 403–449)

SermonIndex.net / Church Fathers

Epistulae ad Eucherium

Ii. Domino Beatissimo Et Merito Suscipiendo Et In Christo Deuinctissimo Papae Eucherio Episcopo Hllarius Episcopus

Cum me libellos tuos mecum relaturum praecedentibus litteris indicassem, instantiam et exactionem pueri quem miseras lentare nullatenus potui. emisi itaque florulenta beatitudinis tuae opera non parum anxius, ne necdum descripta tam iugiter tam grauiter ruentibus imbribus labefactarentur. percurri ea semel tantum uniuersa miratus. concedat dominus, ut speciosa haec in Christo instructionum nostrarum gloriae tuae opera te in paginis tuis duce aliquando percenseam. hoc unum precor, ne me diu his institutionibus fraudari feras, sed unum me de iuuenibus tuis, quorum haec eruditioni ordinasti, habens hoc instantius habere me haec uelis, quo me magis aeui senium cum iuuentae imperitia premit. memorem te mei dominus ad profectum ecclesiae suae diu semet, beatissime papa.

Source. Latin text from the Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum (CSEL) collection of the Open Greek and Latin project (digital edition of ***Sancti Eucherii Lugdunensis*** edited by Karl Wotke (Prague, Vienna, Leipzig, Tempsky, Freytag: 1894) Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum 31), encoded in EpiDoc TEI XML. Digitised and corrected by the Open Greek and Latin team (University of Leipzig and partners); the text is taken from the printed edition by OCR with correction, so some errors may remain. SermonIndex has only divided it into short sections for reading; the critical notes, margin notes and apparatus of the printed edition are not shown here but are kept in the XML download.

Licence. Creative Commons Attribution-ShareAlike 4.0 International (CC BY-SA 4.0). You may share and adapt this text if you credit the Open Greek and Latin project and release your version under the same licence.